



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De eodem ca. lxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Scriptum apostolorum

agrippam ut subueniret iudeis: quia vna de
tetrarchijs suis, scilicet galilea in iudea erat.

De morte gaj imperatoris.

Capitulum LXXIII.

Hinc herodes i

uitauit gajum in crastino ut comederet cum eo. Et cum in crastino esset in conuiuio: ammiratus est delicias conuiuij. Et cepit memorari gajus quanta fuerat passus pro eo herodes, scilicet vincula tiberij: et alia multa, et precepit ei ut peteret quicquid vellet. At ille respondit ei sufficere sibi gratia suam. Et cum ille instaret ut aliquid peteret, petijt ne poneret statuam suam in templo in hierosolima. Et iratus est gajus. tamen confiderauit animositate agrippe, quia noluerat perdere opes vel honores: adqueiuit ei, et scripsit petronio in hunc modum. Si nondum posita est statua in templo: non est necesse ut ponatur. Et sic non est posita ei statua in templo. Postquam resipiscens gajus rescripsit petronio in hunc modum. Quia contempsisti mandatum imperatoris: et potius dilexisti munera iudeorum. elige tibi genus mortis quod vis ut descant omnes non esse tutum obuiare mandato imperatoris. Sed deo peccante ita factum est ut prius audiret fama mortis eius quam vis deret nuncios huius legationis. Cum enim esset romae et rediret a ludis circensibus, consilio senatorum interfectus est a duobus, et orta est in ciuitate dissensio inter curiam et milites et populum. Curia dicebant senatores et viri consulares, id est, qui de genere consulum: vel digni ut fierent consules. Quia si viderant senatores se uicium imperatoris et incommoda que inde origerant reipublice: voluerunt penitus extirpare imperium imperatoris ab urbe: et voluerunt eam redigere ad antiquum statum: in quo erat ante iulium cesarem ut esset regimen ciuitatis in arbitrio consulum et senatorum. Contra milites et populus timentes auariciam senatorum: et amantes donatiua imperatorum: constituerunt imperatorem claudium auunculum gajum uisum mansuetum et piuum.

De eodem.

Capitulum LXXV. Hinc venit he

rodes agrippa ad senatores du-
cens secum de nobiliores que erant
in curia: simulans se fauere parti eorum: cum habere

ret eos exosos propter mortem gajum. Consuluit ergo eis ut significaret claudio ne moueret scisma in ciuitate: sed desisteret ab hoc incepto. Et senatores rogauerunt herodem ut pergeret cum eis ad claudium. Et professus est se libenter fungi hac legatione. Et missus est ad claudium cum alijs. Et eis audientibus dixit ei quod dixerat coram senatoribus: quod uellet cladius desistere ab incepto. In aure autem dixit claudio ut non desisteret ab incepto, quia ipse satageret ut maior pars nobilium faueret parti eius. Et renouauit senatoribus quod nollet cladius desistere ab incepto: et cepit eis persuadere ne contraherent, quia non possent impedire. Et allicit quosdam: et tandem omnes. et ita sine contradictione factus est cladius imperator. Et ad persuasionem herodis agrippe omnes occisi sunt qui consenserant in mortem gajum. Et petijt ab eo herodes agrippa: ut decretum gajum de statua sua adoranda reuocaret in irritum: quia impium erat. Et adqueiuit ei et precepit ei ut epistole reuocationis per singulas ciuitates iudee ponerentur in loco eminenti ut uiderentur ab omnibus.

Quomodo occiso iacobo uoluit apprehendere petrum.

Capitulum LXXVI.

Postea uoluit he

rodes accipere licentiam a claudio et redire ad patriam. et tunc claudio dedit ei quartam tetrarchiam, scilicet iudeam. et ita sublimatus redijt ad patriam. Et uenit primo in iudeam: et honorifice susceptus est a iudeis: quia in multis inuenerat eos. Et cum apperesset dies azymorum uenit in hierosolimam ante diem festum ut purificaret: et mundus intercesserit diei festo. Et ante dies azymorum occidit iacobum fratrem iohannis. postea in diebus azymorum uidens quia placeret iudeis apposuit ut apprehenderet et petrum. De iacobo autem refert clemens alexandrinus: quod cum detrusus esset in carcerem: nocte conuertit ad fidem custodem suum: et in crastino confessus est se esse christianum. Et cum ambo traherent ad martyrium: dixit iacobo. Pater da mihi remissionem. At ille paru deliberans ait. Pax tibi. Et osculatus est eum: et simul ambo capite truncati sunt. Petrum autem apprehensum misit herodes in carcerem: quod in diebus